



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Quando nos exuimus ad somnum capiendu[m]. Exercit. 60

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

ab omni periculo, & ab omni illusione Diabolica custodiat: largiaturque nobis somnum quietum ad virium corpus nostri reparationem, vt ei tantò melius ac feruentius inferuire valeamus: Commendabimus etiam nos Angelo custodi.

Oblatio.

Offeremus nos Deo, ad seruiendum ei in posterum maiori eum cura & diligentia: vitam gratia ipsius adiuuante, vitam in melius commutando.

Quando nos exuimus ad somnum capiendum.

Exercitium 60.

Iob 1. Nudus egressus sum de utero matris mee, & nudus reuertar illuc.

Apoc. 16. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.

Coloss. Expoliate vos veterem hominem, cum actibus suis.

Cant. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa.

ff 7

Matt.

*Matt. 27. Milites prasidis exuentes Iesum
oblamydem coccineam circumdederunt ei.*

Consideratio.

Considerabimus. Quomodo milites Christum denudauerint, ut illum flagellarent, & postea in monte Caluarie, in conspectu atque presentia totius populi crucifigerent. Et quomodo vestimenta illius inter se diuiserint, super tunica vero inconsutili cui cederet, fortem miserint.

Gratiarum actio.

Gratias referemus Deo, quod nostri causa vestibus spoliari voluerit, ut nos immortalitatis indumento vestiret, & duplici glorie veste, anime videlicet & corporis circumdaret.

Confusio.

Pudore suffundemur, attendentes spirituales anime nostre nuditatem, que a se ipsa nulla indumenta habet, preterquam laceros & veteres peccatorum panos, quibus nemo ad nuptias celestis sponsi suscipitur.

Petitio

EXERCIT. SPIRIT.

Petitio.

PRecabimur Deum, vt veteri Adamo ac moribus eius non spoliet, & nouo ac virtutibus eius non vestiatur: vt vestiti vestibus vnigeniti filij eius nos in gregum suorum numero agnoscat.

Oblatio

Offeremus Deo Patri, vnigenitum unicum suum, nudatum & cruci pro nobis affixum, vt per nuditatem ipsius vestiatur nos indumento gratiae suae. Offeremus etiam ei nosmetipsos paratos non tantum nudari sed etiam crucifigi & mori pro honore & gloria ipsius, ad imitationem vnigeniti Filij eius.

Quando lectum somni capiendi causa ingredimur

Exercit. 61.

Psalm. 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrimis meis stratum meum rigabo.